

1723.

1. Alberti, Michael : *Dissertatio iurug. music. famigeratam Pennae momento novi commulatus.*
- 2^a Bockmerus, Iustus Henning : *De uso iuramenti purgatoriis in Criminibus.* 3 Decap. 1722, 1729-1736
- 3^a 4^b 5^c Bockmerus, Iustus Henning : *Descentis "upl. et. praeceptu" illustris personarum.*
4. Coschwig, Georg Dan : *De valutis in ure Territorum reportis*
- 5^a Gruber, Dr. Daniel : *De actionibus mandatis.* 2 Decap.
6. Grubius, Dr. Daniel : *De Justaco militi*
7. Gruber, Dr. Daniel : *De minore procuratore.*
- 8^a Heineccius, Dr. Gmelin : *Decollatio et corporibus spificatione.* 2 Decap. 1728-1737.

und direkt waren auch damit nicht zufrieden
und schickten einen Bericht vom Deutschen
Forschungsinstitut nach Berlin und der
Bundesrepublik und dem Deutschen
Institut für Denkmalpflege und Bauaufsicht
wurde der Deutschen Botschaft und dem
Bundesministerium für Bauwesen und Raumordnung
und dem Deutschen Institut für Denkmalpflege
eine Anfrage gestellt ob es nicht möglich sei
die Befestigung des Turms mit einer
Stahlbewehrung zu verstetigen und ob es nicht
möglich sei die Befestigung des Turms mit einer
Stahlbewehrung zu verstetigen und ob es nicht

DISSE¹¹²³
TATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE

2a

**VSV IVRAMENTI
PVRGATORII
IN
CRIMINALIBVS**
QVAM
INDVLTV
FACVLTATIS IVRIDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
ACADEMIAE PRORECTOR E

DOMINO
IVSTO HENNINGIO BOEHMERO

ICTO
POTENTISS. REGIS BORVSSIAE CONSIL. INTIMO
PROFESS. IVR. ORDINARIO

PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES
ET

PRIVILEGIA DOCTORALIA

D. I. IVL. MDCCXXIII.

H. L. Q. C.

PVBLICO EXAMINI SVBIICIT

GEORGIVS SAMVEL LVDOVICI

LANDESHVTTA - SILESIUS

ADVOCATVS ORDINARIVS REGII REGIMINIS LIGNICENSIS.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis IOANNIS GRVNERI, Academ. & Senat. Typogr.

DILEXERIT TIBI IUSTITIA VITIARUM TIBI VITIA
VSA IARAHMINT
PARGATORII
CRIMINALIS
INDIVIDUA
FAVORITATIS TIBI VITIA
IN REGIA RIBBERGIANA
ACADEMIA TIBI VITIA
SOTTO HONORARIO
POTENTIAS TIBI VITIA
F. A. V. O. S.
GEORGIA SAMVZ FADOCI

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCEL-
-ENTISSIMO DOMINO
DOMINO
WENCESLAO
ADALBERTO
S. R. I. COMITI
DE WÜRBEN
ET
FREVDENTHAL
DOMINO IN DATSCHÜTZ, MARVARETZ,
POMBSDORFF &c. &c.
S. CAESAREAE MAIESTATIS CONSILIARIO
INTIMO ACTVALI
CAPITANEO DVCATVS LIGNICENSIS
ET EO PERTINENTIVM DISTRICTVVM
DOMINO SVO GRATIOSISSIMO
NEC NON
PERILLVSTIBVS, GENEROSISSIMIS
AC
SPLENDIDISSIMIS
REGII REGIMINIS
DOMINIS CONSILIARIIS
MAECENATIBVS ATQVE PATRONIS SVIS
SVBMISSO ANIMI CVLTU PROSECVENDIS
S. P. D.
GEORGIVS SAMVEL LVDOVICI.



Eprehendendæ audaciæ crimen committere videor,
quod hunc laborem academicum, in quo nec mihi
nec forsitan aliis satisfacio, tantis
nominibus consecrare haud erubescam, quibus nil nisi ex omni
parte perfectum atque absolutum offerendum erat. Ita sine dubio
constituendum, si ex meritorum
vestrorum, MAECENATES
SVMMI, grauitate atque pon-

dere

GEORGIAE SAMAE RADOIDI

dere rationes subducendæ essent,
quippe quæ vt splendidissima si-
dera per totum ducatum Ligni-
censem omnium oculos attoni-
tos tenent, mentem in admira-
tionem rapiunt, ac in singu-
lorum solatium quotidiana luce
splendent atque lucent. Enim
vero propriæ mihi sunt rationes
atque argumenta, quæ mihi asy-
lum quoddam atque præsidium
fortissimum, in quo tutus acqui-
escere queam, contra hanc obie-
ctionem præbent suppeditantque.

mitig

a 2 3

Ve-

Vestram, patroni colendissimi, in-
telligo indulgentiam atque volun-
tatem in me singularem, quam ex
multis rerum documentis ita per-
spectam atque cognitam habeo, ut
de illa ambigere omnino nefas sit.
Quodsi enim, ILLVSTRISSI-
ME COMES, gratiam Tuam
submissa pondero mente, inge-
nue mihi fatendum, immerenti
eam obtigisse, nec aliquid meri-
torum mihi adefle, quo eam con-
sequi potuerim; nihilominus ta-
men mihi præ ceteris hoc priuile-
gium

gium indultuni est, vt iure prorsus singulari indulgentia Tua perfrui, in ea requiescere, atque in eam tanquam portum tutissimum nauem subducere possim. Huius patrocinii summi vſu munito per plures annos nihil defuit, quod ad exornandas res meas facere vñquam potuit: idem prolixissimus affectus facilem mihi aditum ad Te, **I L I V S T R I S S I M E** COMES, tot licet summis obrutum negotiis, concessit, vt eo nunquam, quoties desiderium

meum intellexisti, interclusus
fuerim, quod hac occasione non
possum non gratissima recolere
memoria. Nec minori encomio
celebranda a me est Vestra, per-
illustres, generosissimi atque splen-
didissimi regii regiminis **C O N S I-**
L I A R I I, benevolentia, sub
qua in hunc usque diem steterunt
res meae incolumes atque intactae,
quæque adeo mihi profuit, ut
ferreus essem, nisi publico quo-
dam documento gratissimum ani-
mum meum demonstrarem.

Atque

Atque id quidem, PATRONI
omni venerationis cultu profe-
quendi, hac occasione, qua pro
consequendis honoribus docto-
ralibus specimen solenne edo, ef-
ficere constitui, ea spe atque fi-
ducia fretus certissima, fore, ut
quæ ex submississima mente pro-
fecta sunt, non ex rei dignitate,
sed ex VESTRA in me volun-
tate æstimetis. Est hoc vnicum
grati animi monumentum, quod
Vobis exstruere possum, in quo
quod deest, Vestra supplebit gra-
tiosa

tiosa voluntas, cui me penitus
submitto, DEumque imploro, vt
Vestræ incolumitati, in qua totho-
minum salus posita est, addat pe-
rennitatem, felicitati vero perpe-
tuitatem. Dab. Halæ d. i. Iul.
MDCCXXIII.

DISSER-



DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

VSV IVRAMENTI
PVRGATORII
IN CRIMINALIBVS.

S. I.

In signis est iuramenti purgato-
rii vesus huius
forensi teste praxi, quæ vnde
ortum traxerit, & in quo fun-
data sit, non adeo liquidum
aperrumque est. Forsan vero
inutile ineptumque erit, in
fundamentum iuris inquirere, cuius existentiam ne-
mo in dubium vocat. Sufficere fortasse videtur, iu-
ramentum hoc in criminali praxi esse medium eru-
endi veritatem, æque ut torturam & territionem. Se-

A cundum

2 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

cundum hanc sententiam quotidie ius dici: denique
vsum, obseruantiam, communemque doctrinam
præsidium tutissimum huic praxi præbere. Ita vero
philosophantur, quibus volupe est, iurispruden-
tiam reddere lubricam, incertam, hilacum & pror-
sus deformem. Etiam vsum atque obseruantia fun-
damento iuris niti debet, alioquin vim nullam ope-
rari potest. Quod enim primum errore receptum,
deinde *confuetudine* obtentum, in aliis similibus
haud obrinebit. *I. 39. de LL.* Non itaque *ātorov*,
me iudice, erit, in fundamentum huius vsum, de-
ferendi reo hoc iusurandum sui purgandi causa,
inquirere, natalesque eius tanquam fontes & venas
aperire, quod hac dissertatione efficiam expediam-
que.

§. II.

Indoles iuramenti purgatorii non adeo in ob-
scuro est. Desertur id reo, & quidem a iudice, *ex
officio*, ad se purgandum a *suspicionibus*, quibus
gravatus est; quo præstito absolui debet. *Necessa-
rium* hoc iusurandum vocant, quod non depen-
deat *ex delatione litigantium*, sed *ex iudicis decreto
& impositione*. Inuito ergo etiam desertur, imo &
inuito aduersario. Qui illud, postquam delatum
est, præstare renuit, pro confessio habetur, atque
condemnatur. De hoc iuramento itaque queritur,
vtrum eidem locus sit, si criminaliter de crimine
agit, ad hunc effectum, vt post eius præstatio-
nem absolui, post recusationem vero condemnari
debeat? & si locus est, (id quod foras criminalia ho-
die calculo suo atque suffragio profitentur) quo iu-
*status con-
traversie.*

bis

ris fundamento hæc admissio nitatur? Vtrum certo iure constet, an vero error ei inseruiat?

§. III.

Non deesse enim inter ICtos grauissimos, Faudame-
huius sententia, quæ vsum hunc damnat, reiicit, tum buius the-
reprobat, auctores patronosque, ante omnia ostendam, matis a qui-
vt simul ob oculos ponam, non sine ratione busdam in du-
fundamentam huius v̄sus in dubium vocari. Iam bium vocatur.
olim hæc quæstio magnis animi motibus agitata fuit
inter MARTINVM & IOANNEM antiquissimos ut a Martino,
glossatores, illum eius v̄sum prorsus reprobantem,
nulloque iuris fulero nisi afferentem; hunc vero in
contrarias euntem partes, cuius sententia præva-
luisse videtur. ANTONIVS MATTHAEI Antonio Maz.
minibus lib. 47. tit. vlt. c. 1. n. 6. in f. itidem MARTI-
NI doctrinam recipit, &c., neque crim, ait, thai,
in causis criminalibus rei exaldo iurevando interrogantur
tametsi id Italie totius consuetudine obtinuisse testen-
tur; neque honestum est aut pium satis, iurandum
deferra ei, quem sciamus peccatarum esse, ut rede e.
qui exigit. C. 22. q. 2. traditur. Quid enim proficie-
mus aliud, nisi vt crimen criminis adiiciatur, quicquid
iam reus homicidiū aut furti est, adiungat etiam ad
priora sclera periurium? Itaque si delatum fuerit &
peccauerit reus, detecto periurio duplice pena dignum
putauerim; & quod peccauerit, & quod criminis,
cuius insinulabatur, conuictus sit. Prolixius hanc
doctrinam illustravit, variisque argumentis robo-
ravit IO. ZANGER in orat. tract. de questione sub- Zanger.
iecta, de controvēso iuris articulo: utrum reus in de-
lictis, que pro atrocitate vel paenam sanguinis vel in-
famiam

4 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

famiam merentur, sub iuris iurandi fide interrogari debet? Martini se discipulum sectatoremque in hac doctrina esse profiteretur, nec nullum ei praesidium ex SS. literis adesse censem. In primis vero urget, dictum *Exod. XXII, 11.* accipiendum de damno dato, respectu cuius ciuiliter agitur, id vero ad *crimina publica*, quae iudicio publico vindicantur, non extendendum: magnam esse diuersitatem inter causas ciuiles & criminales: in his metum praesentissimi adesse periurii, nec dubitandum, eum, qui deliquit, ut vitam aut famam redimat, peieraturum, vel suscepito periurio crimen ante patratum negaturum: existimasse sapientiores, illum stulte dubitare de peierando, qui facinus periurio par non dubitassem committere; metu poenae perturbatum hominem vix vnquam maiorem fidei ad homines habiturum rationem, quam pietatis erga Deum, quem turpitudine sceleris offendere antea non est veritus: iudicem, dum occasionem praestat periurii, socium fieri eiusdem periurii: non esse hoc adeo necessarium, ut omitti non possit aut debeat, cum nec lex Dei, nec humana id exigat, adeoque iudicem contra legem hoc iuramentum imponere: tutius iudicem facere, si nocentem dimittat, quam permittat, ut nomen Domini vane usurpetur: esse praterea hanc delationem admodum periculo sum intuitu eius, qui delinquisse dicitur, quem si iurare recusat (quod forsan ab omni iuramenti praestatione alienus sit) omnes condemnandum censem, id quod crudele censendum: hoc modo rædio vitae reum iuramentum recusare posse: ceterum iurantem minime innocentem.

IN CRIMINALIBVS.

5

nocentiam propterea ostendere, cum plerique tam
impi sint, vt metu pœnæ perjurium committant,
id quod cum vt plurimum fiat, ab eo, non quod
rarius fit, desumendas coniecturas: non obstat
vsum forensem; non enim sequendum, quod ho-
minum opinione introductum, sed quod legi diui-
næ & humanæ consensaneum est; amicum Plato-
nem, amicum Socratem, magis vero amicam esse
debere veritatem. His præmissis argumentis, 10-
HANNIS glossatoris fundamenta examinat, iisque
satisfacit, quæ statim in medium producam.

§. IV.

Liquet vero ex dictis, vsum purgatorii iura-
menti telis haud spernendis peti, imo vero prorsus
destrui atque conculcari. Quid ergo ad hæc IOAN-
NES Glossator? quid eius sequaces, vt CARPO-
VIVS in praxi crim. qu. 116. n. 62. LAVTERBACHIVS
tit. de iurei. §. 46. aliique? Prouocant ad varios iuris
cuiuslibet textus, indeque suæ sententiæ fulcrum deriuant.
Etenim *lege Cornelia de iniuriis* permititur actori ius-
jurandum reo deferre, ut iuret, se non fecisse; con-
demnatus autem de iniuria non tantum infamia, eorumque
sed alia etiam pœna afficitur, *i. f. D. de iniur. & con-*
sequenter, qui se ipsum condemnat, quod iurare
forsitan nolit, recte infamis censendus & puniendus.
Enim vero 1) probari nequit, etiam deferri posse
iuramentum in iniuriis, quoties ex lege Cornelia
criminaliter agitur. 2) Dubitat ZANGER cit. I. cum
DONELLO alisque, vtrum, si ex iureiurando vel re-
cusato vel relato reus condemnatus, infamis fiat? de
quo mox mentem declarabo meam, & si vel maxime

*Patronibus
iuramenti in
criminalibus*

*corumque
fundamentum*

A 3

hic

6 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

hic effectus sequatur, inde tamen in criminalibus
vſus huius iuramenti non euincitur, quæ ad pœ-
nam atrociorem tendunt. Sed ab vſteriori respon-
ſione facile abstineo, cum otium mihi hic fecerit
ICtus Belga pœtantissimus IOANNES van de WA-
TER lib. II. obſ. iur. Rom. c. 10. vbi etiam ſugillat ſen-
tentiam criminalistarum, quam hic examino, &
ait: *In criminibus publicis, si quando ab utraque
parte ſunt dubia probationum argumenta, opinantur,
reο a iudice iuriurandum, quod barbare vocant pur-
gationum, deferriri poſſe, quo ſe a crime liberet, ſuam-
que innocentiam iudici perſuadeat. Habuit hec ſen-
tentia autores Caſtrenſem, Bartolom, Iafonem alios-
que, quorum ingenia inulta & obſcura ſequioris cui
barbaries obnubilabat.* Ceterum quod in l. 9. §. 2. de
iurei aliquis etiam condemnationi ex iureiurando
effeſtus infamiae tribuatur, id ex voluntate rei fa-
ctum videtur. Quid enim, si actor in cauſa famosa
iuramentum reο detulerit, ille vero actori retule-
rit, atque hic iurauerit? Merito ſua propria volun-
tate, æque ac iſ qui pacifcitur, fit infamis. At
vero inde non arguendum, etiam eum infamen
fieri, qui a iudice delatum iuramentum pœſtare
recuſauit, quoties ciuileter agitur. Nam etiam de
cauſa ciuileter mota intelligendus VLPIANVS in l.
3. §. 4. de bis qui uot. infam. vbi ita: *ſed & ſi iureiurando
detato iurauerit quis, non deliquiffe, non erit
notatus, nam quodammodo innocentiam ſuam iurei-
rando approbavit.* Loquitur ICtus de iureiurando
detato ab auctore, quod ad cauſas criminales trahi
nequit, in quibus iuramenti delatio regulariter ces-
ſat.

IN CRIMINALIBVS.

7

sat. Effectum præstiti iuramenti quoque ostendit,
quod quodammodo innocentiam suam iureitando
approbauerit, vnde euincitur, per iuramentum in-
nocentiam plene ostendi atque probari non posse,
quod tamen in criminalibus desideratur.

§. V.

Grauiora supersunt pondera, a ZANGERO Nous argua-
ne quidem tacta, in quorum évépyeiaν inquirendum
erit. Primum desumitur ex l. 6. §. 4. vers. scubi C. menta patro-
de his qui ad eccles. conf. quæ in fauorem eorum, norum bauis
qui ad ecclesiam configurerunt, lata, simul tamen
prouisum, ne debitorum, profugium in templis
quarentium, bona a clericis abscondantur. Sicubi-
ait, depositæ vel commoda dicuntur, inquirendi ta-
lem volumus esse cautelam, ut si sola suspicione apud
aliquem adserantur absconditæ, de sua etiam consci-
entia satisfacere autoritate venerabilis antistitis iubea-
tur. De causa ciuili in hoc textu agi, nemo forsitan
in dubium vocabit, a qua argumentum ad causam
criminali trahere admodum temerarium est. Ea-
dem est ratio l. f. S. 5. C. de iure domin. impetr. l. f.
§. 10. C. de iure delib. l. f. C. de fid. instrum. l.
f. §. vlt. in f. de bon. aut iud. poss. l. 26. in f. C.
de usur. & tamen hos texrus coaceruat CARL-
ZOVIVS cit. l. eosque pro imponendo iuramento
purgatorio his, qui de criminis suspecti sunt, addu-
cit, qui tamen, si quid probant, tantum euincunt,
eidem locum esse in causa ciuili. Propius ad rem
facit auth. nouo iure C. de pœni. iud. qui male iudic.
quæ de corruptio magistratu agit, disponitque, qua-
ratione cum negante corruptionem procedendum.

Sed

8 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

Sed si datum, ait imperator, vel promissum probare litigato^r nequiverit, persona, quæ dicitur suscepisse, juret, quod neque per se, neque per aliam personam accepit, aut promissionem habuit, & sic libera sit -- Sed si persona a litigatore manifestata predictum iurandum refutauerit, memoratis subiacet pœnis. Ad iuramentum purgatorium hæc referenda esse sole clarius esse videtur, quod etiam agnoscunt RICHTER ad cit. auth. inf. STEPHANI ad nou. 123. n. 2. inde que plerique inferunt, generaliter merito recipiendum esse in quibusunque causis criminalibus, quod hic in iudice corrupto speciatim constitutum est. De hac doctrina tamen dubitasse iam olim videtur BRVNNE. ad cit. auth. n. vlt. & plura singularia in hac auth. occurtere censet. Id in primis inter singularia referendum, quod, ut ait BRVNNE. iuramentum iudici defteratur, licet pars nihil probaverit, quod constitutum esse in odium corruptorum iudicium arbitratur. Addere posses, alias quidem alleganti propriam turpitudinem non credi in preiudicium tertii, hic vero litigatori fasso, se iudicem corrupisse, eatenus fidem haberí, vt vel iurare, vel pœnas subire teneatur. Id vero ad iuramentum purgatorium referri nequit, quod nemini ex doctrina communii defteratur, nisi indiciis arque suspicione admotum oneratus fuerit. Sola imputatio socii criminis neminem grauat; quis autem negaret, corruptum æque socium criminis fore ac quidem corruptum? in pari vtique sunt reatu; & tamen corruptis confessio hic operatur, vt iudex iurare, se nihil accepisse, aut pœnam subire debeat. Quæ cum ita fint,

sint, quis ex hoc textu colligeret, in genere in criminalibus deferri posse suspicione grauato iuramentum purgatorium? cum quod singulari iure & exorbitanter constitutum, non sit trahendum ad consequentias, l. 14. D. de Leg. sed potius exceptionem constitutat, a regula deviantem, quod etiam agnoscit ANTON. MATTHAEI de crimin. lib. 48. tit. 15. c. 6. n. 1. in f. Denique sicuti iuxta nou. 124. c. 1. litigantes in quibus causa statim ab initio litis jurare debent, se nihil iudici dedisse corruptionis causa, quod iuramentum tamen ad illam speciem, de qua hic agimus, referri nequit; ita pari ratione iudex aliquando idem iuramentum praestat, videlicet, si quis ex litigantibus fassus fuerit propriam turpitudinem. Pertinet hoc ad capitula iuramenti caluniae, adeoque ad hoc potius, quam purgatorium dispositio IVSTINIANI referri potest.

§. VI.

Nullum ergo solidum praesidium pro vsu iuramenti purgatorii in criminalibus ex iure ciuili peti damentum in posse, haec tenus euictum est, quod etiam analogia iuris Romani corroborat. Praetor in edicto, quo ius iurandum tuerit, tantum de actione, non accusatione loquitur. Addit MATTHAEI cit. l. nullum huins rei exemplum apud veteres Romanos legi. Accusatoris enim erat, crimen imputatum probare, & quidem evidenter, perspicue, plene; si crimen probari non poterat, reus dimittebatur, & accusator ex vinculo inscriptionis condemnabatur; quandoque tamen in defectu legitimarum probationum ad torturam iudex procedebat, si indicia & argumenta

B vero-

10 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

verosimilia judicem mouebant, & personarum conditio id pateretur *l. 8. §. 1. l. 12. C. de quaest. l. 1. pr. §. 4. l. 8. l. 9. l. 18. §. 1. l. f. D. eod.* Ita vero ad iuramentum reus non admittebatur, quod nec accusator ei deferre poterat, nec iudex: non ille, ob metum præsentissimum periurii, & quia tantum in ciuilibus controviersiæ per *delationem iuramenti* decidebantur: non iudex, ob easdem rationes, easque, quas supra ex ZANGERI oratione in medium protuli, conf. ANTON. MATTHAEL. cit. c. 7.

§. VII.

Vnico esse iure
canonico fun-
damenta hu-
iis sententia
petenda:

non tam
Gregorius
primus huius
iuramenti au-
tor fuit,

eum iam Pela-
gius eo usus
fuerit.

Aliunde ergo origo huius moris, ab institutris legam ciuilium alienissimi, peti, simulque ostendit debet, qua ratione tandem in praxim nostram criminalem deriuatus tuerit. Videlicet primarium huius doctrinæ fundamentum latitat in *iure canonico*, vnde in leges ciuniles aliorum populorum translata, & legibus domesticis Germaniæ tandem approbata est. Quo tempore, quaue lege ecclesiastica demum introductum fuerit, non satis expediri potest. Qui GREGORIVM M. autorem huius purgationis faciunt, recte a CIRONIO ad tit. *de purgat. canon.* notantur erroris; quamuis enim in huius pontificis scriptis saepe numero huius moris sepe purgandi per iuramentum fiat mentio, eius tamen ut instituti antiquioris mentio iniicitur, sicuti ante eum quoque PELAGIVS papa sponte eo usus legitur circa medium seculi VI. Ita enim ANASTASIVS in vita eius: *Edem tempore Narces & Pelegius papa consilio initio data litania a S. Pancratio, cum hymnis & canicis spiritualibus venerunt ad S.*

Petrum

IN CRIMINALIBVS.

Petrum Apostolum. Qui Pelagius tenens euangelium & crucem Domini super caput suum in arborem ascensit. Et sic satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregrisset contra Vigilium. Ad hoc remedium haud confugisset papa, nisi iam in morem diu abiisset, sese purgandi per iuramentum. Imo iam seculo V. eius usum hinc inde fuisse, vel ex legibus Salicis colligi potest, in quibus vestigia quædam occurrunt, ut fere credam, hoc seculo passim hanc purgationem obtinuisse, non quidem ^{Seculo V. iam} ^{eius mentio} ^{facta.} *legi* *scripta ecclesiastica*, sed magis *non scripta*.

§. VIII.

Hæc res effecit, ut GONZALEZ ad cap. 16. *Vtus huius iuramenti apud gentes plurimas,* *X. de purg. canon.* suspicione illa caperetur, genus hoc purgationis apud varias gentes inualuisse; qua vero occasione id contigerit, non declarat. Certum omnino atque expeditum est, plures populos hunc morem recepisse; ut Francos, Alemannos, Anglos &c. ceu leges eorum declarant, vtrum vero hi illum ab *ecclesia*, an vero hæc ab illis petierit? non adeo euictum est. Prius probabilius existimo; *ex iure ecclesiastico,* quamvis enim *lex ecclesiastica* deficiat, quæ primos eius natales tradat, non desunt tamen coniecturæ, ex doctrina ecclesiastica hunc morem gentibus commendatum, traditum, atque in praxin deductum fuisse, quia tunc demum in leges forenses receptus est, quo sacra christianorum recepta & publice approbata sunt. Huc sine dubio respexit HINCMARVS, tom. I. oper. de *teste Hincmar diovt. Loth. & Tetb. p. 600.* & que sacramenti purgatio, ait, in ecclesiasticis & in exteris legibus *vstatissima*, & defidei veritate etiam a primis seculis esse constat exorta.

12 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

Tribus prioribus seculis ab eius vsu sine dubio abstinuere Christiani, cum ab omni iuramenti præstatione essent alienissimi, censentes, Christianum salua pietate iurare non posse. Ast seculis sequentibus iuramenta passim restituta & a laicis exacta: dico a laicis, cum clerici pristino mori diutius insisterent, & ab vsu iuramentorum abstinerent.

§. IX.

Olim duello
gentes bellico-
sissime se se-
purgabant.

Videlicet apud bellicosissimas gentes, Francos, Longobardos, Alemannos ceterosque iam dum in morem abierat, ut duello lites finirent, & innocentiam suam manifestarent. Hæc monomachia erat species purgationis publicæ, quæ adeo altas egerat radices, ut per plura secula eradicari haud potuerit, dum legibus antiquis non tantum approbata, sed etiam determinata, & vsque ad tempora speculi Saxonici producta, in quo plurima de hoc duellico iudicio occurrunt. Non dubitandum est, hunc morem primum moribus gentium bellicosis & ad feritatem pronis adscribendum esse. Memorat VELLEIVS lib. II. c. 118. Germanos solitos fuisse lites armis discernere, non iure terminare, de quo plenius agit BASNAGE dans son traité historique sur les duels. Populis hisce ad sacra Christianorum conuerfis non desit vsus monomachie; interim ut speciem pietatis & iustitiae haberet, novo quodam commento inuolui debuit. Dei iudicium in tali certamine agi, creditum traditumque fuit, quod iusto suo iudicio Deus manifestaret rei veritatem, & ex euentu duelli ostenderet, vtrum reus criminis esset innocens an plectendus? Sub hoc encomio passim in

InterChristianos iudicium
Dei sub duelli
quo situm.

in legibus antiquis monomachia approbata & præscripta est. In *LL. Longobard.* lib. I. tit. 15. §. 2. dicitur: *tunc per championem i. e. per pugnam ad DEI IUDICIVM decernatur.* In *lege Burgund.* tit. 45. ita ut *vñus de iisdem testibus, qui ad sancta conuenerant sacramenta, DEO IUDICANTE configat.* In *LL. Baiuuar.* de anno 630. tit. 2. c. 2. apud *BALVZ. tom. I. capit. p. 101.* eadem traditio repetitur: *Si autem vñus fuerit testis, & ille alter negauerit, tunc DEI accipiunt IUDICIVM, exstant in campo, & cui Deus dederit victoriam, illi creditur.* Similiter tit. 17. inf. tunc spondeant pugnam duorum & ad DEI pertineat IUDICIVM. Adeo vero hac sententia communis fuit, vt scriptores passim eius mentionem iniiciant. *GREGORIVS Turenensis lib. VII. c. 14.* em his verbis confirmat: *est si quis est similis mihi, qui hoc crimen impingat, occulite veniat nunc palam & loquatur, tu, o rex piissime, ponens hoc in DEI IUDICIO, ut ille discernat, cum nos in vniuersi campi planicie widerit decertare.* Præter monomachiam etiam alii modi innocentiam purgandi recepti erant, qui itidem sub inuolucro iudiciorum alicuius diuini defendebantur, quod inter alios ostendit *AGOBARDVS in libr. de diuinis sententiis digesto cum breuissimis annotationibus contra damnabilem opinionem putantium diuini iudicij veritatemigne vel aquis vel conflictu armorum patefieri.* In compendio *GERARDVS du BOIS in histor. parif. eccles. tom. II. lib. 12. c. 3.* originem moris huius sistit his verbis: *erat scilicet ea existimatio, ut ex Dei iudicio liber criminis videretur, qui sine adustione ferrum candens tangeret immotus & inoffensus in aqua frigida aut fer-*

*imo etiam sub
alii se pur-
gandi modis.*

14 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

uenti aliquo tempore confisteret, aut partem corporis illasus mergeret, is quidem mos peruersus a barbaris gentibus dimanauit. Germanis in usu fuisse Tacitus tradit, & Longobardos eo quoque usq[ue] leges, quae eorum nomine extant, fidem faciunt. Gundobadus rex Burgundiorum de hoc iudiciorum genere legem tulit. Postquam barbarae gentes inuaserunt imperium Romanum, facile hanc consuetudinem in christianos mores induxerunt; in eam scilicet eo proclivius christiani iuerunt, quod sepius primis temporibus Deus innocentiam fidelium signis manifestis ostenderet.

§. X.

*Quæ opinio
non ab omni-
bus olim re-
probata.*

Quamvis itaque quidam purioris iudicij facile animaduerterent, nullum in his purgationibus iudicij diuini vestigium adesse, sed magis opinione quadam erronea damnabilique niti, ut plenius A GO BAR D V S cit. tr. docuit, plurimi tamen inter ecclesiasticos mori huic sese accommodarunt, imo exemplis suis doctrinisque approbarunt, quod iudicij diuini certissimum esset iudicium & argumentum. Hominibus suis seu vasallis episcopi pugnam committebant, & tunc in primis ad hoc iudicium provocabant, si coniuratores si deessent. Docet id ipsum exemplum Petri episcopi Verdunensis coniurationis in C A R O L V M M. incusati, qui se hoc modo purgauit. In capitul. Francofurt. de anno 794 c. 7. apud BALVZ. zoni. I. capit. p. 265. series rei gestæ his refertur verbis: *Definitum est etiam ab eodem Domino Rege sive a sancta synodo, ut Petrus Episcopus contestans coram Deo & angelis eius juraret cum duobus aut tribus, sicut sacrationem suscepit, aut certe cum suo Archiepiscopo, quod ille in mortem Regis sive in regnum eius non consiliaasset, nec ei infidelis fuisset.*

Qui

*Qui Episcopus, dum cum quibus iuraret non inuenisset, ele-
git sibi ipse, ut sius homo ad Dei iudicium iret, & ille testa-
re tur absque reliquiis & absque sancte euangelio, solum-
modo coram Deo, quod ille innocens exinde esset, & secun-
dum eius innocentiam Deus adiuuaret illum suum hominem,
qui ad illud iudicium exiturus erat. Et exiuit tamen eius
homo ad IUDICIVM DEI, neque per Regis ordinationem,
neque per sancte synodi censuram, sed spontanea voluntate,*

*Qui etiam a Domino liberatus, idoneus exiuit. Clementia
tamen Regis nostri praefato Episcopo gratiam suam contulit,
& pristini honoribus eum ditanit, nec passus eum est sine ho-
nore quem prospexit de proposito criminis nihil male meruisse.*

Illustrat id ipsum optime B A S N A G E cit. tr. chap. 14. Ut illustrat
cuius verba hic adscribam: *On ne s'est pas contente optime Bas-
e d'autoriser les Duels par l'usage, & par les Loix Civiles nage.*

*& Canoniques, mais on y a fait intervenir Dieu d'une ma-
niere extraordinaire; & on s'est fait une espece de dévo-
tion de se battre, & de se vanger de son ennemi en le tuant.*

Tantum religio potuit suadere malorum.

*En effet, on faisoit dépendre l'innocence & le droit, de ces
combats personnels. Dieu y entroit comme Juge, & on
voulloit que se conformant a la fureur des hommes, il fit
toujours un acte de justice exacte, en donnant a l'innocent
l'avantage sur le Coupable; on croyoit consulter Dieu, &
savoir de lui ce qu'il pensoit de la conduite des accusez
& des innocens. Il reveloit par la les crimes secrets
& cachez; il developoit les droits incertains de l'Eglise, ou
des Particuliers sur certaines terres; il justifieoit par la les
femmes contre les soupçons d'un Mari jaloux; il empêchoit
le scandale, qui pouvoit naître de la conduite imprudente d'un
Ecclesiastique. En un mot, on crooit, que Dieu exerçoit par
des Duels un jugement semblable a celui qu'il exercera au
dernier jour du Monde, puis qu'il rendoit à chacun selon ses
œuvres.*

§. XI.

Hæc de iudicio Dei in occulis adhibendo, cito diuino in præter monomachiam similiaque commenta, non occulis adhibendo nouos potuit non nouos parere modos, voluntatem diminam eiusque iudicium exquirendi, ex ipsa religione gaudi peperit, desumtos.

Admodum enim faciles fuere viri ecclesiastici in permiscendis ritibus profanis cum *sacrissimis*, ut vel sortes Apostolorum, a sortibus *Virginianis* & *Homericis* desumptæ more admodum profano, indicant docentque. Non dubitarunt veteres probare innocentiam per *eucharistiam* & in eius sumptione iudicium diuinum constituere, vt docet c. 23. C. 2. q. 5. & plenius illustrat Dn. SCHMIDT diff. de modo probandi innocentiam per *eucharistiam*. Huic addiderunt etiam *iurandum ad SS. reliquias* præstandum, existimaruntque, etiam per hoc patefieri posse iudicium ipsius Dei. Etenim nemo est, qui ignorat, iam post decursum seculi III. in magna *veneratione* fuisse *reliquias sanctorum*, ex qua non leues abusus

Et ius iurandum ad SS. reliquias præstandum, propter miracula reliquiis adscripta, prognati sunt. Plura iis miracula adscripta; ingens & fere incredibilis virtus iis tributa, & adeo doctrina publica ad earum *venerationem* composita fuit, vt non potuerit non sanctissimum quendam horrorem animis hominum imprimere. Inde paulisper factum, vt in *iurisurandi præstatione* reliquiæ sanctorum præsentes essent, vt meru & *veneratione* earum deterriti homines a periuriis abstinerent, cogitarentque *virtute diuina & miraculosa* per has reliquias iudicium Dei manifestatum iri. Neque enim deesse credebantur exempla, diuinitus mox punitorum, qui periurium commiserant: hæc horrorem incu-

adscripta, *quibus iudicium Dei manifestaretur.*

incutiebant, hæc sèpe mouebant hos, qui probatio-ne conuinci non poterant, vt sponte delicta com-missa confiterentur. Hæc doctrina hoc modo fe-mel formata, hominumque mentibus impressa a legislatoribus etiam recepta & in leges Baiuvaricas, Longobardicas aliasque ex doctrina ecclesiæ tra-ducta fuit.

§. XII.

Ceterum quo de hac doctrina eo minus du-bium vllum superfit, ostendam I) hanc per iusu-randum purgationem *iudicium diuinum dictam* fuisse, & quidem II) non alia de causa, quam ex reliquiarum *præsentia & virtute*, qua occultissima & secreta modo miraculoſo manifestari censemabantur. Id indicat AVGVSTINVS epist. 76. nou. edit. simul-que ostendit, suo tempore iam hanc *purgationem & purgatio-nem miraculoſam* in vſu fuisse. Ait: *Nos nouimus, Me-diolani apud memoriam sanctorum vbi mirabiliter & losam teſte Auguſtino,* terribiliter dæmones conſtituntur, furem quendam, quia ad eius locum venerat, ut falſum iurando deciperet, compulſum fuisse confiteri furtum, & quod abſulerat reddere. Vtrumque præterea illuſtri loco apud G E-GORIV M Turonensem lib. II. de mirac. c. 19. confir-mari potest. En verba: *Vſque quo vterque conten-dimus, sub IUDICIO omnipotentis DEI ponamus. Ea-mus ad tumulum martyris, & quod ſub ſacramenti interpoſitione dixeris, diſcernat virtus SANCTI PA-TRONI.* His verbis *iudicium Dei* in interpoſitione iuramenti quæritur, & quidem ideo, quod ad tu-mulum martyris ſeu ſuper altari, ſub quo corpora martyrum olim condebandur, illud præſtitum atque

C

publica

*Sub iuramen-to iudicium
Dei latitare
credebant*

*nem miraculo-
losam teſte
Auguſtino,*

18 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

publica traditione inculcatum esset, *virtute miraculoſa martyrum atque reliquiarum continuo periurium punitum & occulta reuelatum iri.* Idem tradiderunt patres in concilio Meldensi de anno 845. c. 39. apud HARDVIN. tom. IV. concil. p. 1489 de periurio eiusque atrocitate ita edifferentes: *tantum namque hoc malum est, vt ad sanctuaria martyrum ubi diuersorum agritudines sanantur, ibi periuri, licet manifeste interdum vexari non videantur, iusto Dei iudicio a demonibus arripiantur, sicut S. dicit Gregorius: ad horum corpora agri veniunt & sanantur: demoniaci veniunt & curantur: periuri veniunt & a demone vexantur.* Hac de causa iuramentum verum iustum verum & iustum iudicium, item diuinum iudicium passim appellatum fuit, vt antiquitates docent. GREGORIVS in c. 1. C. 33. q. 1. de impotentia coniugali edifferens, desiderat probationem per iustum iudicium, id quod in c. 1. & X. de frig. & malef. de iureiurando accipitur. Itaenam in cit. c. 1. Si probari potest per VERVM IUDICIVM, ita esse, vt dicitis separari poteris, ea tamen ratione, ut si post aliam acceperis, reus PERIVRII iudiceris. --- Per verum iudicium hic intelligi iuramentum, ipse contextus docet, qui simul periurii mentionem facit. Eadem est sententia COELESTINI in cit. c. 5. qui de frigiditate mariti edifferens, constituit, vt si ea probari non possit, usque ad triennium cohabitent, quo claps, si nec tunc cohabitare voluerint, (forsan legendum valuerint) & iuxta decretum Gregorii (iamiam adductum) mulier per IUSTVM IUDICIVM de viro probare potuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium.

Per

Per *inustum iudicium* hoc loco intelligi *iuramentum*, euidenter ex eo colligitur, quod pontifex præsupponat casum, quo *frigiditas prius probari non possit*, ut verbis eius utar, quamvis *LINKIVS de iusto iuri canonici iudicio c. 3. n. 9.* aliam quoque probationem hic non excludi, veluti per inspectionem ocularem, existimet, id quod tamen cum adducto textu non satis congruit. Neque in *cit. diff.* satis accurate in hanc doctrinam de *diuino iudicio* inquisiuit, adeoque probationem quamlibet sub hac appellatione latitare credidit. Denique in *c. 25. C. 2. q. 5. diuini iudicij* occurrit mentio: *Statuit quoque sancta synodus, ut si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, ut alter illorum utrosque diuino purget iudicio, si unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur.* Non præfracte negauerim, monomachiam etiam hic intelligi posse; interim quia etiam *iurandum* hac appellatione venit, nihil prohibet, hanc purgationem etiam *cit. l.* intelli posse.

§. XIII.

Eo grauius autem atque certius iudicium in nocentia ex *inreiurando* desumebatur, quod iurantes haberent ipsos testes martyres, veritatem confirmantes, periuria vero *miraculo* quodam edito indicantes. Modus antiquus iurandi in casu inculpationis optime traditur in LL. Alemannicis de anno 630. tit. 6. c. 7. apud BALVZ. tom 1. capitul. p. 60. *Ista sacramenta debent esse iurata, ut illi coniuratores manus suas super capsam (aliis capellam dictam, in qua reliquiae SS. conditae erant) ponant, & ille solus,*

Id quoque demonstrat antiquus iurandi modus ad rectiliquias martyrum.

20 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

*Quod vindices
periuriorum
effent,*

*miraculo quo-
dom edito,*

cui causa requiritur, verba tantum dicat, & super omnium manus manum suam ponat, vt sic illi Deus adiuuet vel illæ reliquæ ad illas manus, quas comprehensas habet, vt de illa causa, unde interpellatus est, culpabilis non sit. Similia traduntur apud MARCVLFVM lib. I. form. 38. fuit indicatum, vt de quinque denominatis idem ille apud tres & alios tres sua manu septima tunc in palatio nostro super capellam domini Martini, ubi reliqua sacramenta percurrunt, debeant coniurare. Variis idem aliis testimoniis illustrat HIERONYMVS BIGNONIVS in not. ad form. Marcuf. cit. l. apud BALVZ. tom. II. capitul. p. 925. quibus addi possunt, quæ hac de re tradit Dn. ECCARD ad LL. Salicas tit. 51. p. 94. Tali ritu autem iuramenta præstata fuere, quod persuasissimum haberent, sanctos, ad quorum reliquias iurabatur, mox vindices periuriorum fore. Talem virtutem ut plurimum adscribunt sanctis, qui vitas eorum compilarunt. Id commemorat ALBERTVS le GRAND in vita S. Heruæi c. 3. in actis SS. de 17. Jun. p. 366. seqq. relatus aitque: *Hic sanctus periuriorum oritur est: peierantes enim ad capsam reliquiarum eius grauiter fuere puniti; unde antiquitus sacramenta solennia iussu magistratum supra reliquias S. Heruæi emittebantur.* In vita S. Saluïi relata in act. SS. d. 26. Jun. c. 3. p. 203. controuersia sub Carolo M. de hereditate mota, per solenne iusurandum decisa refertur. Sorores ducis cuiusdam prouocabant ad iuramentum his verbis: *ecce habemus hic patronum neophyti, quem Deus nobis manifestare dignatus est. Si hereditatem earum vis possidere, vade & da sacramento super eius sanctum sepulchrum: forsitan tunc manifestabit Dominus Deus, per ipsius intercessionem, si iu-*

flum

stum tibi sit, ad possidendum, an eis reddi debetur actio. En veram rationem, qua ostenditur, in quem finem ad iuramenta configurerint, aliis destituti eruendi veritatem mediis. Pergit vero scriptor vitæ eius: Tunc infelix ille cum magno gaudio acquiescens verbis eius ad sacrum sancti peruenit sepulchrum, inieclasque manus suas super illud cum audacia magna iuravit. - - Et peracto iuramento statim medius crepuit, & disrupta sunt omnia viscera eius, & per secretam alui eius naturam sternoræ proruperunt, & ex oculis eius & auribus & ore exiuit sanguis & cadens in terram factus est velut mortuus &c. In vita S. Ehrendrudis relata in act. SS. d. 30. lun. p. 583. similis pene casus refertur his verbis: ipse frater, flexis genibus coram archiepiscopo, erecta manu & indicio sibi iuramento dixit: sic me Deus adiuvet & beata virgo & S. Ehrendrudis. Hoc dicto & iuramento imperfecto procedit ad pedes Archiepiscopi saepe dicti, & mortuus est: cunctisque stupentibus & mirantibus cum luctu deportabatur, mercedem suæ fraudis receperurus iusto iudicio Dei. Pariter in vita S. Amabilis relata in actis SS. d. 11. lun. p. 470. hæc traduntur: Ad huius sepulchrum, inquit idem Gregorius, energumenum vide mundatum periurantem diriguisse veterrum &c. Porro in vita MEINWERCI episcopi Paderborn. relata in actis SS. d. 5. lun. p. 533. itidem miraculosa pœna affertur: illico allatis reliquiis de ecclesia vicima Rene constructa in honore S. Cunisi, in quibus iurare consueverunt, episcopus eas abieciit, & prolati de apothecis suis reliquiis SS. Petri & Pauli & S. Blasii super eas eos iurare fecit. Qui votis dominæ suæ temerariis satisfaccre volentes, VII. viri ad reliquias accesserunt, & manus vi iurarent, apponentes mox cælesti plaga percussi, quatuor ex eis oculos amiserunt, aliis tribus erectæ manus obrigerunt, & omnibus diebus vita eorum tali plaga multati permanserunt.

§. XIV.

Id ulterius il-
lustratur ex
doctrina Au-
gustini.

Plura huius generis documenta addi possent, si de eo vllus dubitandi locus superesset. Vnum tamen adhuc adiiciam locum ex vita S. Paulini re-lata in ad. SS. d. 22. Iun. p. 212. qui optime declarat intentionem eorum, qui hoc iusurandum pro diluenda omni criminis suspicione elegerunt. Ita vero scriptor vitæ eius: *S. Augustinus cum permolesta incidisset causa inter Bonifacium presbyterum suum & eius accusatorem, neque veritas constare posset, illo rogante, (forsan negante) hoc virginem crimen; pro more eius atatis, quo finiri tales controuerxiæ iurecurando ad martyrum sepulchra concepto solebant, virumque Nolam ad S. Felicem misit, afferens causam, cur e martyribus, ad quorum monumenta in eo genere miracula edebantur, Felicem præcipue delegisset. Multis, inquit, notissima est sanctitas loci, ubi Felicis Nolensis corpus conditum est, quo volui, ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quicquid in eorum aliquo DIVINITVS fuerit PROPA LATVM.* Voluerunt ergo per hæc iuramenta purgatoria explicare voluntatem diuinam, veritatem miraculoſo modo exquirere, & in manifestationem absconditorum iusto Dei iudicio penetrare, vel ut dicitur in vita S. Eligii lib. II. c. 59. per sacramentum Dei iudicium expellare. Hæc opinio si iuramentis non fuisset superaddita, nunquam pro diluendo crimine & ostendenda innocentia in causis criminalibus iusurandum adhibitum & in leges Salicas, Longobardicas, Alemannicas, Baiuvaricas, Frisionum, Ripuarias & capitularia translatum fuisset, quorum assensum adsert CANGIVS in glossar. voc. iuramentum.

§. XV.

§. XV.

Demonstraui generatim natales huius iuramenti, vsumque in *criminalibus*: inquirendum nunc est ulterius, quando etiam illud clericis impositum imperatumque fuit. Peragre & refugientes clericos iurasse olim, notum est, simulque ex *CASSIANI* presbyteri testimonio, in concilio Chalcedonensi apud *HARDVIN.* tom. II. p. 555. edito liquet. Quia vero priscis seculis puritati & integritati vitae admodum studere debebant clericis, ut grauioribus criminalibus infecti in clero non tolerarentur, imo & de crimine commisso infamati sese purgare tenerentur, quo sine scandalo rebus sacris vacare possent, de mediis innocentiam suam ostendendi cogitatum fuit. Inter haec *religio martyrum* & *præstatio iuramenti* ad corum *sépulcrorum* præcipuum fuit, quæ res effecit, ut hac occasione, cum alia decesserent eruendi veritatem media, iuramenta imponerentur clericis.

Iam ab ipso *AVGVSTINO* hanc *purgationem miram* quod ex *Aureolam* in praxin fuisse deductam, obseruaui. Se-gustino illa-ries rei gestæ haec est: quidam e monasterio Augu-stini nomine Spetius impuritatis a Bonifacio presby-tero accusatus fuerat; iste crimen in Bonifacium re-fecit, pertendens illum sese hoc ipso contaminasse flagitio, quamvis neuter alterum conuincere posset. Cum vero non ita post ad clerum euehi petiisset Spe-tius, ipsique hoc ab Augustino fuisse negatum, op-posituit, nec Bonifacium in clericatu manere posse, cum a se accusatus esset, siquidem ipse clericus fieri non posset, quia accusatus erat. *AVGVSTINVS*, vt docet epist. 76. cum res euidentibus argumentis nec refelli

Tandem clerici quoque ad banc purgationem admissi,

propter reli-gionem mar-tirum,

24 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

refelli nec firmari posset, vtrumque iussit adire *sepulcrum martyris Felicis Nolensis*, vt *miraculo transigeretur negotium*, quod ibi & innocentes *absolutionis* & *rei damnationis* sententiam, factō diuinitus signo, sentire solerent. Vtrum vero hæc miraculosa purgatio interueniente iureiurando, ab iis fuerit facta, non adeo euictum est. Verba *AVGVSTINI* sunt hæc: *elegi aliquid medium*, vt certo placito se ambo constringerent, ad locum sanctum se peregrinaturos, ubi terribiliore opera Dei non sanam cuiusque conscientiam multo facilius aperirent & ad confessionem, vel pena vel timore compellерent. *Vbiq[ue] quidem Deus est* & nulli continetur vel includitur loco, qui condidit omnia & eum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, vi in occulo audiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Verum tamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis hæc miracula sunt, in aliis non sunt? Multis enim est notissima sanctitas loci, ubi beati Felicis Nolensis corpus conditum est: quo volui, vt pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest, quicquid in eorum aliquo diuinius fuerit propalatum. Iuramenti non fit mentio, sed orationis & precum, vt probabile sit, noluisse *AVGVSTINVM* adstringere presbyterum & monachum ad illud præstandum contra morem eius seculi; neque enim omnis purgatio etiam citra ad corpora sanctorum mediante iuramento siebat, vt vel *GREGORII* testimonium in c. 8. & 9. C. 2. q. 5. euincit: vel sola sanctorum reliquiarumque præsentia eam vim habere credebatur, vt miraculoso modo assertio vel negatio confirmari posset. Laici ab eius præstatione non erant liberi, atque hi apud memoriam sanctorum iureiurando sese purgare solebant,

bant, vt de fure quodam refert AVGVSTINVSCIT. l.
cuius verba supra adducta sunt §. 12. Hic mos tan-
dem adeo in vsum constantem fuit deductus, vt et-
iam clerici maiores & minores se hoc modo purgare
cogerentur.

§. XVI.

GREGORIVS M. in primis hanc disciplinam *Gregorius i.e.*
clericis prescripsit, voluitque, vt iureiurando solenni *primis hanc*
ab omni imputatione criminum sepe purgarent. Id *purgationem*
indicant varia loca AGRATIANO C. 2. q. 5. adducta. *clericis impo.*
suit.

Nam in c. 5. GREGORIVS ita censet: Presbyter vel
quilibet sacerdos si a populo accusatus fuerit, & certi non
fuerint testes, qui criminis illato approbent veritatem, ius-
iurandum in medio erit, & illum testem proferat de in-
nocentiae sue puritate, cui nuda & aperta sunt omnia.
Porro in c. 6. exemplo LEONIS episcopi id illustrat:
quoniam quedam contra sacerdotale propositum de Leone
fratre & coepiscopo nostro sinister rumor offserit, utrum
vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri, &
nullum in eo de his, que dicta fuerunt, culpam inuenimus.
Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium
cordi remanere, ad B. Patri sacratissimum corpus districta
eorum ex abundanti fecimus sacramenta praebere. Quibus
praestitis magna sumus exultatione gauis, quod huicmodi
experimento innocentia eius euidenter enituit. Ita vero vel
solus sinister rumor vel accusatio aut diffamatio suf-
ficiebat, vt clerici se purgare cogerentur, quod ab
omni macula & delicti suspicione liberi esse debe-
rent. Id euidentissime IDEM in c. 7. docet, ubi ad-
fert exemplum coepiscopi MENNAE, quem in nul-
lo culpabilem esse inuenierat, & tamen insuper ad
sacratissimum corpus Petri Apostoli sub iureiurando

D *satis-*

26 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

satisfaciens ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauerat alienum. Nouo exemplo MAXIMI scilicet Salonitani episcopi praxin huius iuramenti declarat. Erat hic de simoniaca labe suspectus & de aliis quoque excessibus diffamatus. Decreuit Pontifex in c. 8. § 9. eum de illa fœse prestito iure iurando, purgare, de aliis autem ante corpus S. Apollinaris tantummodum requisitum liberum se esse respondere debere. Erat ergo duplex purgatio: simplex sine iuramento; iurata cum iuramento, quamvis vrraque ante corpus sancti cuiusdam, ob miracula edita celebratissimi, fieret.

s. XVII.

Successores Pontifices non minus strenui fuere in vsu huius purgationis promouendo, quo magis sibi iuramentum requisitum liberum se esse respondere debere. Ipse Papa SIXTVS III. in concilio fœse purgauit coram omnibus sponte, vt omnem fugeret suspicionem; addit tamen in epistola, relata in c. 10. C. 2. q. s. sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint faciendo formam exemplique dans. SIXTI exemplum fecutus est LEO III. pontifex, cuius purgatio, sed imperfecte, habetur in c. 18. C. 2. q. s. Plurima illi obiecta erant crimina a persecutoribus: detrusus in custodiā, multisque affectus iniuriis, tandem feliciter euasit, & ad CAROLVM M. confugiens, non tantum honorifice exceptus, sed in pace ad suos dimissus est anno 799. Sequentē anno CAROLVS M. Romam profectus causam LEONIS in synodo congregata discutiendam proposuit; sed patres primæ fedi auctoritatem non admittere crediderunt, vta quo-

quoquam iudicaretur. Inde LEO consilium de se purgando suscepit, &c, prædecessorum pontificum vestigia, ait, sequar, & de talibus fallis criminationibus, que super me nequiter exarserunt, me purificare paratus sum, ut ex ANASTASIO refert BARRON. ad ann. 800. n. 4. Ipsa formula purgationis, quam in ambonem ascendens recitauit, hæc est: Ego Leo Pontifex S. R. E. a nomine indicatus, sed mea voluntate impulsus purgo me præsentibus vobis coram Deo & angelis eius, qui conscientiam nouit & beato principe Apostolorum, in cuius conspectu consimus, neque sceleratas res, quas mihi obiciunt, perpetrasse, neque perpetrari iussisse, Deum testans, in cuius iudicium venturi sumus & in cuius conspectu consimus. Et hoc facio non legibus ullis constrictus, neque hanc consuetudinem aut decrerum in sancta Ecclesia successoribus meis & fratribus coepiscopis imponere cupiens, sed ut certius iniquos vos suspectos liberem.

§. XVIII.

Miror LEONEM III. protestatum fuisse, se coëpiscopis legem aut necessitatem vestigia eius pre-mendi haud impositurum esse. GREGORIVS iam eam ipsis imposuerat episcopis aliisque clericis. In concilio Francofurdenſi sub CAROLO M. anno 794. celebrato c. 7. apud BALVZ. tom. I. capit. p. 265. Petro Episcopo ab ipsa synodo purgatio imposta est, ut contestans coram Deo & angelis eius iuraret cum duobus aut tribus, aut certe cum suo Archiepiscopo, quod in mortem Regis siue in regnum eius non consiliasset, nec ei infidelius fuisse. Nondum tamen forma purgandi quoad sacerdotes plene & perpetua lege tradita fuisse videtur usque ad temporale LEONIS III. id quod

28 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

adducta indicat clausula. Ipse CAROLVS M. circa annum 799. apud HARDVIN. tom. IV. concil. p. 946. & BALVZ. tom. I. capit. p. 831. pertractandum esse censuit, quid de illis presbyteris criminosis, unde approbatio non est, & semper negant, faciendum sit. Nam, pergit, bac sepiissime a nobis & progenitoribus atque antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liquidum haecenit definitum. Quod ergo intuitu sacerdotii adhuc illiquid erat, ad certam & constantem formam reducere studuit, atque desuper LEONEM pontificem consuluit. Tandem cognito consilio LEONIS ceterorumque Romanæ ecclesiæ, & qui in regno eius erant, episcoporum, accedente reliquorum fidelium & cunctorum consiliariorum consultu hac dere anno 803, constitutionem certam edidit, recitatam lib. V. capitul. c. 36. apud BALVZ. tom. I. capitul. p. 832. & HARDVINUM cit. l. Cautum enim est, ut si sacerdos criminis alicuius accusatus legitime conuinci possit, canonice damnetur. Additur vero: Si vero cum supra scripto praetextu adprobare ipse accusator minime poterit, & hoc canonice definitur. Ipse ergo sacerdos si suspicitus aut incredibilis suo Episcopo aut reliquis suis consacerdotibus sive bonis & iustis de suo populo vel de sua plebe hominibus fuerit, ne in crimen aut in praedicta suspicione remaneat, cum tribus aut quinque vel septem bonis ac viciniis sacerdotibus, exemplo Leonis Pape, qui duodecim presbyteros in sua purgatione habuit, vel eo amplius, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse perspexerit, & cum aliis bonis & iustis hominibus, se sacramento coram populo super quatuor euangelia dato purgatum Ecclesie reddat. Refertur hæc constitutio etiam a GRATIANO in c. 19. C. 2. q. 5. sed sub nomine

nomine LEONIS ad CAROLVM M. scribentis, quod fictioni monachi huius tribuendum est. Interim quod LEO sponte suscepferat, nec vlli obtrudere solebat, CAROLO sua lisse videtur, ut lege perpetua apud Francos constitueretur.

§. XIX.

Hoc modo purgatio sacerdotum per iuramentum Et praxi se-
religiosum in constantem abit morem, variisque quenti usus
decretis & pontificum & conciliorum repetita de-
prehenditur. ARTALDI episcopi purgatio ante con-
secrationem refertur in c. 2. C. 8. q. 4. Arelatensem
hunc episcopum nominat GRATIANVS satis men-
dose, cum in aprico sit, Arelatensem non subfuisse
Narbonensi Archiepiscopo, adeoque pro Arelatensi
substituendum: Artaldus Alenensis vel Elenensis epi-
scopus, observante PETRO de MARCA de concord.
Sac. & imp. lib. V. c. 41. §. 3. seqq. Pariter INNOCEN-
TIVS II. Tridentino episcopo, commissare Simoniae
postulato, purgationem hanc in c. 17. C. 2. q. 5. &c. 5.
X. de purg. canon. præscriptis: Idem episcopus super
sancta euangelia iurabit, quod pro ecclesia S. Petri de Pado
presbytero Paulo danda neque ipso per se neque per submis-
sam personam, neque aliis pro eo, se sciente, pretium re-
ceperit. Deinde vero purgatores (tres episcopi & qua-
tuor abbates) super sancta Dei euangelia iurabunt, quod
sicut ipsi iurabunt, verum iurauit. In LL. eccl. CAROLI
regis c. 5. de anno 1032. apud HARDVIN. tom. VI.
P. I. p. 897. eadem forma diluendi criminis clericis
imposita, simul tamen certis in casibus purgationis
per eucharistiam locus relicitus fuit. Promovit hanc In primis do-
praxin INNOCENTIVS III. vt c. 10. II. 12. 13. 14. 15. 16. &rina Inno-
centii III.

D 3

X. de

30 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

X. de purgat. canon. & plura alia documenta, quæ in epistolis eius occurrunt, docent. Nam lib. i. epist. 295. edit. Baluz. super criminibus imputatis indixit Thomæ clericu[m] purgationem canonicam, in qua si defecerit, cantoriæ dignitatem ipsi auferendam decernit. Idem lib. II. epist. 65., vnde desumtum est c. 8. X. de cohab. cleric. & mulier. de clanculariis concubinariis ita edicit: Sed si de clericis illis talis habetur suspicio, ut ex ea scandalum in populo generetur, licet contra ipsos non apparuerit accusator, tu tamen eis canonicam potes purgationem indicere, quam si praestare noluerint, vel defecerint in praestanda, eas canonica poteris animaduersione punire. Alia exempla occurrunt lib. 16. epist. 63. & ep. 158. & infinitum foret, omnia conquerirere testimonia, quæ ysum huius iuramenti ad nostra traduxere tempora.

§. XX.

Adhibiti portio[n]e sunt testes ponderis, quæ crimen concernebat, non adeo iuramento nudo, vim se purgandi, tribuebant, sed singularem fiduciam in sanctorum & reliquiarum presentia, earumque veneratione & miraculosa virtute, occultissima manifestandi, collocabant; ita nec in hoc solo antiquitus acquiescendum, sed alia quoque ratione periuria praecaueri posse credebant. Testes videlicet vel tres vel quinque vel plures pro grauitate causæ desiderabant, qui fidem iuramento eius, qui se purgare debebat, facerent, & iuramento affererent, se credere, illum innocentem esse, & optima fide se purgare posse, c. 13. X. de purgat. canon. Testes hi vocabantur sacramentales,

com-

compurgatores, purgatores, iuratores, coniuratores, iuramentales, vt ex legibus antiquis aliquae documentis illustrat CANGIVS in gloss. voce iuramentum.
*Neque passim & sine discriminē quoscumque admittebant, sed selectum instituendum &, praevio examine atque sedula inquisitione in vitam, mores aliaque instituta, eos recipiendos constituebant, vt rursus IDEM cit. l. euincit. Generatim iuxta c. 7. X. de purgat. canon, illius honestatis & opinionis esse debebant, quod vero simile esset, eos nolle amore vel odio seu oblatu pecuniae peierare. Addit Pontifex: ut autem idonei appareant, necesse est, vt eius, quem purgare debent, vitam & conuersationem agnoscant. Ut plurimum facerdotes cum testibus sui ordinis, qui vitæ eius interfuerant, ipsumque obseruauerant, iurare compellebantur. In laicorum iuramento itidem ad testium conditionem respiciebatur, quæ legibus determinata atque præscripta erat. Eligebantur hi quandoque ab accusatore, secundum Alemann. it. 6. l. 2. apud BALVZ. tom. I. capitul. p. 59. accusatori electio dabatur his verbis: *iunc debet homo, qui causam requirit, tres electos denominare, & ex denominatis tribus licentiam habet excusator reiicere duos; tertium vero non lices reiicere, sed ipsum secum in sacramento habere debet, & in lege S. iunc qui causam persecutus fuerit, electionem faciat de coniuratoribus, unde excusator quales duos reiicere voluerit, potestatem habeat, & cum duobus iuratoribus iste ordo seruandus est &c.* Idem ex legibus Longobardicis illustrat CANGIVS cit. l. qui & de ceteris circumstantiis plura congescit, vt vel binis verbis eas tenuisse sufficerit.*

*Probati: 1a-
men & graues*

*Singulariter
electi.*

§. XXI.

§. XXI.

Numerus va-

riauit.

Manus appelle-

ratio euolui-

tur,

quandoque

cum septima

- manu iura-

eum,

aliquando

cum XIV.

cum XII.

cum XXXVI.

occurrit formula se purgandi cum sua trigesima se-

ptima manu,

quod XXXVI. adhibiti testes. Simi-

lem

Numerus compurgatorum pro grauitate cause admodum variauit, ut itidem plenius declarat CANGIVS, ostenditque, aliquando cum centesima imo trecentesima manu iurari debuisse. Manus denominatio, numero testium attributa, inde deducta, quod porrectis manibus iurarent, tactis sacrosanctis euangeliiis, aut altari, aut etiam, quod frequentissimum erat, sanctorum reliquiis, ut recte censet HIERONYMVS BIGNONIUS in not. ad Marculf. lib. I. c. 38. apud BALVZ. tom. II. capitul. p. 923. Vnde hic loquendi usus in perpetuum abiit morem, ostenditque, auctoritatem huic iuramento primario accessisse ex hoc religioso contadu, quem nemo metu praesentissimi imminentis mali suscepturn credebat, nisi se optima fide iuramentum praestare posse, coniunctus esset. Dixi, numerum compurgatorum variasse. Si coniuges separationem petunt, & confitentur, se nunquam coire potuisse, cum septima manus propinquorum vel vicinorum bone famae (si propinq. qui defuerint) tactis sacrosanctis euangeliiis iurare iubentur in c. 5. X. de frigid. & malef. Episcopo de hæresi grauiter suspecto INNOCENTIVS III. purgationem quartæ decimæ manus sui ordinis indixit in c. 10. X. de purg. canon. Purgationis cum duodecima manu passim fit mentio in antiquis legibus & capituloibus apud BALVZ. tom. I. capitul. p. 118. in f. 117. 122. 126. 320. 1265. tom. II. p. 331. 333. 485. In formulis MARCVLFI apud BALVZ. tom. II. capitul. p. 486. occurrit formula se purgandi cum sua trigesima septima manu, quod XXXVI. adhibiti testes. Similem

lem fere purgationem subiit PASCHALIS pontifex teste THEGANO de gestis Ludouici pⁱⁱ imperatoris c.
30. Postea misit legatos suos in partibus Rome propter quandam insolentiam, quam Romanorum populus super Romanum Pontificem Paschalem dixit imputantes ei, quod nonnullorum homicida fuisset, qui supra di-
eius pontifex cum iuramento purificauit se in Latera-
nenſi patriarchio coram supra dictis legatis & populo Romano cum episcopis XXXIV. & presbyteris & dia-
conibus quinque. Prætereo alia documenta, quæ plena manu congregavit CANGIVS cit. l.

§. XXII.

Ex legibus antiquis Longobardicis eundem iu- Ius feudale
Longobardi-
cum hunc
vsum appro-
bavit,
randi morem in ius feudale Longobardicum quoque receptum fuisse, eo minus mirandum, quod hoc tempore hæc sacramentalium adhibendorum praxis fere vniuersalis esset. In II. 23. §. sacramentum defi-
derantur duodecim sacramentales, & quidem si a iude-
dice defertur iusurandum alterutri, id cogitur præ-
stare cum XII. sacramentalibus. Si vasallus id præ-
stare debet, inter illos sacramentales ad minimum sex de eius cognatione esse debent, reliqui etiam ex extraneis eligi possunt. Sin domino illud defertur, sacramentales illi duodecim aut eius cognati, aut eius vasalli, aut partim vasalli, partim cognati esse debent. Iure Saxonico prouinciali itidem purgatio & ius Saxoni-
hæc per iuramentum approbata est æque ac vul-
garis per duellum. Etenim lib. 1. art. 15. dicitur:
Schuldiget man den Mann um das/ so er unter
ihm nicht hat/ das entgehet er mit seiner Unschuld
(oder Eyde vt inf. additur) item lib. 1. art. 18. Das
alles

34 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

alles was ein Mann vor Gerichte nicht thut/ wie wif-
sentlich das sonstigen wäre/ desselbigen möchte er mit
seiner Unschuld entgehen/ und man möchte ihm das
nicht überzeugen. Rationem addit Glossator: Daß
der Sachz für alles schweren möge/ so man ihm
nicht leiblich kan überweisen/ solches ist nicht so un-
billig. Denn was man einen allein mit Worten be-
züchtigt/ darmit rettet er sich billig auch mit Wor-
ten/ indem er darüber schweret. Denn es billig ist/
daß man seinen Worten und Eyde so wohl Glauben
gebe zu seiner Entschuldigung/ als jenen blosßen Wor-
ten/ die ihn beschuldiget haben. Infames tamen non
poterant admitti ad iuramentum purgatorium, h. e.
die ihr Recht durch Dieberey oder mit Raub ver-
loren haben/ ob man sie Dieberey oder Raubes
anderweit beschuldiget/ sie mögen mit ihrem Eyde
nicht unschuldig werden. His ergo purgatio vulgaris
propolita erat, h. e. das heisse Eisen zu tragen vor
ihre Unschuld/ oder aber in einen wallenden Kessel
zu greissen/ bis an den Ellenbogen/ oder mit Kämpf-
fen sich zu erwehren/ vt dicitur lib. I. art. 39. Iam
olim id constitutum fuisse docet c. 15. C. 2. q. 5. (quod
ex concilio Tribur. de anno 895. c. 22. apud HARDO-
VVM tom. VI. p. 446. quoad sensum desumptum vi-
detur:) Si antea deprehensus fuerit in falso aut per-
jurio aut falso iestimonio ad iuramentum non admitti-
tur; sed feruent aqua vel candenti ferro se expurget.
Iuramenti cum septima manu fit mentio lib. I. art.
5. Und er das gewehren kan auf den Heiligen selb
stiebende. Item lib. II. art. 69. ob er das selb stiebend
gezeugen mag. Similiter lib. II. art. 4. iuramenti
huius

huius vsus demonstratur in eo, qui se a banno vult liberare: Wer sich aus der Ncht ziehen will / dem soll der Richter Fried wsrken (saluo conductu interueniente) vorzukommen / ob man es seinethalben begehrret. Wenn er sich denn auf den Heiligen auszeugeit / (h.e. vt latina versio habet, postquam se iuramento expurgauerit) so soll ihn der Richter und das Land-Volk daraus lassen / mit Finger und mit Zeugen / das ist mit Worten und mit Werken. Pariter patri lib. II. art. 17. conceditur, vt filii sui, nondum a se separati, innocentiam iuramento demonstrare queat: also/ das er schwere auf den heiligen/ das der Sohn der That unschuldig sey. Alius huius iuramenti vsus traditur lib. II. art. 6. Schlägt ein Mann ein Kind / oder rauft es bey den Haaren/ oder schlägt es mit einer Gerten um seine Missethat/ er bleibt es ohne Bandel/ thät er das gewähren auf dem Heiligen/ das er es durch anders Wullen nicht geschlagen habe/ denn durch seiner Missethat willen. conf. lib. 3. art. 32. 39. 47. 89. 91.

§. XXIII.

Adeo deinceps vsus huius iuramenti propa- Vsus huius iu-
gatus est, vt legibus publicis Germaniae in crimin- ramenti agni-
libus approbatus fuerit. In R. I. Treuir. & Colon. tus in recessi-
de anno 1512. tit. von Gottes Lästerern §. und nachdem, bis imperii
variae violentiae species reprobantur, quæ si probari
haud possint, & tamen suspicio quædam reum gra-
uet, pro re nata actor ad iuramentum admittitur.
Das er glaube/ wiewohl er die That dieser Zeit
nicht beybringen könnte/ das solche Articul des Ver-
dachts wahr seyn. Und so er das gethan hat/ so

36 DEI VSV IVRAMENTI PVRGATORII

soll der beschuldigte schuldig seyn/ sich dasselbe mit dem
Lyde zu purgiren. Und ob die verdachte Person also
größlich verdacht wäre / daß die mit purgiren (com-
cum compur-
gatoribus. purgatores) nothdurstig / das soll der Bescheidens-
heit des Richters befohlen werden ihm die auf zu
legen oder nicht. Sic itaque compurgatores adhi-
bendi arbitrium iudicii relictum est, quod etiam an-
tiquis congruit legibus. Quid vero si se non pur-
gauerit? thät aber der Beschuldigte solche purgation
nicht/ so soll er des/ so er Verdacht gewesen/ schuldig
gehalten/ und gegen ihn/ wie es nach gestalt der
Sachen sich in solchen gebübre/procediret und gehan-
delt werden. In quem finem vero hæc purgatio
approbata fuerit, in sequentibus his adiicitur ver-
bis: und ist solche purgation darum dermassen ge-
setzt/ damit der Beschuldiger desto förderlicher zu
seiner Klage/ und der Beschuldigte desto förderlicher
zur Schuld oder Unschuld kommen/ auch solches an
unsern Räyserl. Cammer-Gerichte mit geringern
Kosten Mühe und Arbeit erlanget und vollführt
werden möge. Idem repetitum est in ordinat. pacis
publ. Wormalt de anno 1521. tit. 7. §. 8. seqq. ibi: als-
denn soll der Verdacht schuldig seyn/ sich persönlich
derhalben mit seinem Lyde zu purgiren. Iudicis ta-
men simul arbitrio relictum, vtrum coram com-
missariis, an in loco iudicij ordinario hoc iuramen-
tum præstari debeat? Si vniueritas criminis fractæ
publicæ pacis postuletur, so soll der zweyte Theil
derselben commun Rath/ von den gegebenen Com-
missarien persönlich zu schweren schuldig seyn. De
compurgatoribus adhibendis id cautum: und ob
der

der Beschuldigte also großlich verdacht / daß zu purgieren nothdürftig / solches soll der Bescheidenheit des Richters befohlen werden / ihm die aufzulegen oder nicht: die denn schweren sollen / daß der oder die, so sich mit dem Lyde entschuldigen, recht geschworen haben. Und so er solche purgation gethan hat / so soll er des Verdachts ledig seyn / scilicet. Quid si tali suspicione oneretur Elector vel princeps imperii? Ei permisum, daß er solchen Eyd vor dem Richter/ durch seinen vollmächtigen Anwalt / der zum wenigsten einer von Adel seyn soll / in seine Seele schweren lasse. Porro in Erklärung des Land-Friedens de anno 1522, contra eos, qui reos criminis prædicti recipiunt, sed se ignoranter id fecisse protestantur, cautum, daß sie mit einem leiblichen Eyde zu Gott und den Heiligen solches betheuren sollen. Denique in ordin. Can. P. II. tit. 10. §. 1. idem fere iisdem verbis repetitum, ut regustare illud superuacuum videatur.

§. XXIV.

Quod si per omnes ordinationes prouinciales iueris, omnes ad vnum in eo concordant, iuramenti purgatorii vsum præcipuum esse in criminalibus, ut regustare illud superuacuum videatur.

Item in ordinacionibus nationibus prouincialibus.

inter reliquos docet constit. Elect. Sax. 27. P. 1. Ob wohl das iuramentum purgationis fürnehmlich in peinlichen und in Ehe-Sachen aus richterlichen Amtes / da es gleich nicht gebehaven / dem Beklagten, wo ein rechtlicher Verdacht wider ihn ausgeführt, kan auferlegt werden / scilicet. Est ergo remedium ordinariu[m] eruendi veritatem, modo reus 1) suspicio[n]ibus grauatus, & 2) eiusmodi delicti reus sit, in

38 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

quo tortura locum habere nequit, vel si 3) tale adsit delictum, non tamen indicia ad torturam dictandam concurrant. Conf. C A R P Z. ad cit. const. def. 1. In Ordin. Criminal. potentiss. Regis Borussiæ c. 9. §. 28. speciatim desideratur, daß vor der Abnahme des Reintungs-Eydes dem inquisito eine Bedenke-Zeit um sein Gewissen zu prüffen / gegeben / und er nicht allein von dem Gerichten / sondern auch nach besuchten Umständen ins besondere / wenn der inquisit geringe Erkäntniß Gottes und seines heil. Worts hat / von einem Prediger ermahnet werden soll.

Adhibito pa-
rore ecclæsæ.

Hoc fere vniuersaliter obseruari solet, vt quando iumentum hoc per sententiam dicterur, addatur clausula consueta: worzu auch gestalten Sachen nach ein Geistlicher zu gebrauchen. Alias ordinaciones provinciales enarrat atque refert MARTINI in comment. ad proc. iur. Sax. tit. 32. n. 12.

§. XXV.

Judicium de
vñ huius iu-
ramenti in
criminalibus.

Aperui fontes huius praxeos in causis criminalibus, simulque fundamenta eius denudau. Si solo viueremus iure Romano, vñus omnis huius iumenti in his causis deficeret sine dubio. Forsan expediret etiam, vt secundum huius iuris trahitem viueremus, & tot periuriis, quæ euitari in his causis nequeunt, occasionem præscinderemus. Rarissima in praxi deprehenderis exempla eorum, qui, postquam hoc iis per sententiam impositum est, metu Numinis diuini illud præstare recusarunt, ne pro confessis & conuictis haberentur. Imo in vtramque partem grauissima adsunt pericula, vt saepe vel innocens condemnari vel nocens dimitti non tamen aliter

aliter quam commisso nouo periurii crimine possit. Aut enim iuramentum hoc præstat, aut illud subire recusat. Priori casu ut plurimum delicto commisso addit nouum periurii crimen: posteriori habetur pro confessio, poena ordinaria in eum statuitur, & tamen vera confessio deest, solaque *presumtione* pœnam mortis sœpe subit. Accedit, quod origo & *In primis quo-
fundamentum huius iuramenti ostendat, veteres mi-
raculoso quodam modo per presentiam corporum
sanctorum eorumque reliquiarum veritatem eruere
& iudicium diuinum in occultis adhibere voluisse, vt
historia huius iuramenti euincit. Hoc si protestan-
tes penitus ponderassent, & rationes eius exami-
nassent, minus proni forsitan fuissent in vslu eius ap-
probando præsertim in criminalibus. Constat enim,
quæ sit nostrorum doctrina circa sanctorum cultum,
reliquiarum venerationem, & miracula iis tributa:
nouimus, quæ dubia a nostraribus moueantur con-
tra iudicium diuinum, quæ in eo collocari solent, vt
Deus extraordinario quodam modo occulta in lu-
cem protrahat, & miraculo quodam nocentem de-
signet. Ab hac doctrina alieni sumus, nec tamen
relinquimus conclusionem, quæ inde originem cau-
sam & fundamentum traxit.*

§. XXVI.

Equidem, vt periurii periculum tollatur, in quibusdam locis plura recepta sunt solennia, quibus mens iurantis percellatur, ne vindictam incurrat diuinam. Talias sunt, 1) quod candelæ accendantur: 2) caput cadaveris in conspectu inquisiti, 3) cum ima-
gine crucifixi ponatur: 4) fenestræ aperiantur: 5)
mensa

*An per solen-
nia plura me-
tus periurii
euitetur?*

40 DE VSV IVRAMENTI PVRGATORII

mensa nigro tegatur panno: 6) gladius euaginatus
 & 7) chirotheca ferrea mensæ imponatur. Quis hu-
 ius ritus significatus sit, declaratur in VOLCKMAN-
 NO emendato P. 1. c. 79. his verbis: Bey denen bren-
 nenden Lichtern wird der Schwerer erinnert, daß
 Christus Iesus sey das Licht der Welt, und das
 wahrhaftige Licht des Lebens Ioh. VIII, v. 2. Bey
 welchen er schweret und bittet, daß Christus Iesus
 bey diesen weltfinstern und unklaren Gedanken ihn
 bey der Wahrheit wolle erhalten. Da er aber falsch
 handelt, so bittet er, daß ihm solches Gnaden-Licht
 in Ewigkeit soll entzogen, und er an seinen Leibes-
 und der Seelen-Lichtern zeitlich und ewig geblendet
 werden. Bey dem Crucifix bedencket der Schwerer
 die grosse Marter und Pein, und bittet schmäh-
 ligen Todt Jesu Christi, welcher er sich durch be-
 trüglichen End ganz verlustig macht, und mit dem
 betrüglichen Schächer zur linken Seite Christi sich
 ewiger Verdammnß unterwirft. Luc. XXIII. Bey
 dem Todten-Kopfe erinnert er sich seiner Sterblich-
 keit, daher er alles zeitliche, so er etwan durch falschen
 End zu erhalten gedenket, als Leib, Leben, Ehre,
 Gewalt, muß hinter sich lassen, und daß solches nicht
 lange ansteher, sondern ehe man sids versteht, so
 erwürget der Todt einen solchen Schwerer, wie denn
 Ananias und Saphyra nur über blossem Lügen erfuh-
 ren. Actor. V. Bey dem eisern Handschuh und Ge-
 richts-Schwert wird der Schwerer ernahnet, daß
 ihn die Obrigkeit bey der Wahrheit wolle schützen,
 aber da er falsch schweret, so wolle und solle ihn die
 Obrigkeit auch darum straffen, als die das Schwerd
 nicht

nicht umsonst trägt / Rom. XIII. Ja Gott selbst hat sein Schwert gewehet / Ps. VII. daß es über ihn blincken soll / Ezech. XXXII. v. 10. damit er ihn richte und tödte. Es. LXVI. v. 16. Vtrum vero his solennibus adhibitis periurii periculum euitari & innocentia rei erui possint , alii viderint. Qui metu Numinis eiusque præsentia, quam omnes profitemur, non tangitur, nec inermibus hisce solennibus percellitur, vt semet prodat , & suppicio subdat. Appetitus, semet conseruandi in suo statu, efficit, vt parum moveatur animus his signis, imo efficere potest, vt inepte credat iuraturus, se non iniuste agere, cum, quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. Tales insulsa sententias quidam fouent, vt crimen periurii commissum tegant, & conscientiam suam reatu liberent, quamvis admodum peruerse atque scelestissime semet ipsos decipient.

§. XXVII.

Hæ rationes licet vsum huius iuramenti, tot suffragiis eruditorum recepti, eradicatoræ non sint, ad minimum tamen evincunt, iudicem non adeo facilem aut pronum esse debere in eo dicendo, quippe cuius arbitrio vsum eius est relictus. Præstat saepè dimittere potius reum, quam eum periculo periurii præsentissimo subiicere, vel si admodum grauatus est, & tamen confiteri nolit, ei poenam extraordinariam dictare, cum sibi imputare debeat, quod causam ei dederit sua pessima viuendi ratione, seque suspectum reddiderit. Facilius forsitan reus hanc eligit, quam ut nouum crimen periurii committat.

F Et

Iudex non debet esse facilis in dicendo hoc iuramen-
so.

Et vtinam leges prouinciales hanc potestatem iudicii *expresse* indulgerent, vt pro circumstantiarum diuersitate vel hoc vel illo modo pronunciare posset, id quod tamen nondum in iis obseruare licuit, adeoque plures iudices, stricte verbis legum inhærentes, nimis timidi sunt in hoc arbitrio sequendo.

§. XXVIII.

Quandoque
hoc iuramen-
tum vel pena
extraordina-
ria statim
dictatur, an-
tequam reus
ad articulos
responderit.

rationes dubi-
tandi,

rationes de-
cidendi.

Ceterum regulariter ad hoc iuramentum non recurritur, quam si reus ad articulos responderit, & defensione sua satis auditus fuerit. Contingit vero nonnunquam, vt reus ante respcionem ad articulos petat se admitti ad *defensionem pro auerten- da*, non tamen omnes suspicione diluere queat, quo casu pro abbrevianda inquisitione, si iudex præuideat, iuramentum dictatum iri, suadere quidam solent, vt statim ipsi iuramentum hoc imponatur sequente formula: *Daf^s inquisit etwas so ihm zu statten kommen möchte / in seiner defension nicht ausgeschüfret / dannenhero er ad articulos inquisitoriales zu antworten schuldig / er wolte sich denn vermittelst Eydes reinigen x.* Reprobarunt hanc methodum Lipsiensis apud Dn. BERGERVM in *ele^s. iurispr. crimin.* pag. 202. ex his causis: 1) quod ordo processus inquisitorii hoc modo plane invertatur & negligatur: 2) quod, sicut tortura dictari non possit ante respcionem ad articulos, ita nec hoc iuramentum: non iniquum tamen 3) censem, vt, nach vorhergehender summarischer Vernehmung/ aliquando statim reus pro re nata ad id admitti, & ita ab inquisitione liberari possit, quo famæ eius parcatur. Vitebergenses magis inclinant in affirmatiuam, adhibita tamen omni,

omni, quantum fieri potest, præcautione & personarum ratione, apud EVNDEM cit. loco pag. 205.
seqq. ex quorum consilio hæc repetam: *Bey welcher Bewandtniß wir um so viel desto mehr die in den Landes-Gesetzen ohne diß so hoch anbefohlene Behutsamkeit zu gebrauchen/ und je zu weilen nach Beschaffenheit derer ereigneten Fällen/ mit Hindanzezung der förmlichen Responsion ad articulos inquisitionales, alsbalde eventualiter auf das iuramentum purgatorium, oder eine gewisse Geld-Busse zu milden Sachen zu erkennen/ bewogen worden/ je mehr Schimpff und Nachtheil angeregte Responsion nach sich zu ziehen/ auch zu geschehen pflegt/ daß/ wenn eine und andere Person/ so sonst in einem gewissen Ehren-Stande sitzet/ oder sonst einen guten Ruff hat/ durch Unvorsichtigkeit und Verleitung in Ungelegenheit versäßet/ durch Anstellung des Inquisitions-Proceses um ihr zettliches Glück gebracht/ und dagegen in das äußerste Verderben gesetzt wird: wobei zugleich jedennoch wir allezeit ferner gute Vorsichtigkeit und Bescheidenheit gebraucht/ und/ ehe und bevor der Reus vor Gerichte/ jedoch nur summarisch vernommen worden/ oder wenigstens in einer übergebenen Defensions-Schrift seine Antwort erstattet/ auf obige Maasse nicht erkandt.* Hiernebst bey solchen Erfäntniss fürnehmlich auf die verhandenen indicia, so wohl die Straffe/ welche das gerügte Verbrechen nach sich ziehet/ unser Absehen gerichtet/ und da wir nach wohl bedächtiger und reisser Überlegung aller vorkommenden Umstände so viel/ daß ein mehrerer Verdacht nicht zu erlan-

erlangen / oder auch die Straffe sich höher nicht / als auf eine Geld-Busse erstrecken könne / wahrgenommen / zu Vermeldung großer und undenlicher Weitläufigkeit / auch unnöthiger Geld-Spenderung den Zweck ergriffen / und also Reum in mehrere Weiterung zu verwickeln angestanden. Gestalt denn der durch Gewohnheit eingeführte Processus Inquisitorius an die Formalien des Processus accusatorii nicht gebunden / sondern meistentheils allein in regulis rectae rationis gegründet / und dahero nicht abzusehen / warum des Rei summarische Aussage / nach Gelegenheit dersfalls / nicht zulänglich / und an statt einer formalischen Responsion ad articulos inquisitionales gelten könne / da besonders wir ferner vermerket / daß Ew. Churfürstl. Durchl. sich in ereigneten Inquisition-Fällen die Hände keines Weges binden lassen / sondern zum öfftern durch dero lobllichen Landes-Regierung / dem Reo, auf vorhergehendes unterthanigstes suppliciren / unterschiedene defensiones pro auertenda inquisitione gestattet / und daraus so viel / wie sie mit Anstellung und Fortschreibung des Inquisition-Processus allenthalben gute Vorsichtigkeit gehalten / und selbigen mehr eingeschränket / als extendiret wissen wollen / so wohl unsfern / zu solchem Ende eingeführten modum pronunciandi / Ihr in Gnaden gefallen lassen / lährlich an den Tag geleget. Anderer Gestalt auch dergleichen defensiones schlechte Wirkung haben würden. Wannenhero daß des Ew. Churfürstl. Durchl. alleine in diesen Landen zustehenden juris aggratiandi wir auf einigerley Art uns anzumassen oder dem Richter die fructus iurisdictionis

zu

zu entziehen gemelnet gewesen/ mit Bestande nicht gesaget werden mag/ in mehrerer Erwegung/ daß Reus solcher Gestalt keines weges dimittiret/ sondern demselben zu Vermeldung der bevorstehenden Inquisition, sich der in casum condemnationis erfolgenden Straße zu entwerffen frey gestellet wird/ wie er denn/ ehe und bevor er des gerügten Verbrechens geständig oder zur Nothdurft überführt/ verührten iuris aggratiandi keines weges benötiget/ vielweniger mit einiger Straße schlechterdings zu belegen/ und dahero dem iudici inquisitionis noch zur Zeit kein Recht erwachsen/ vielweniger dahin zu stellen/ ob nicht/ wenn der inquisition ihr ordentlicher Lauff gelassen würde/ Inquisit vermittelst der Haupt-defension so viel/ daß er von der angestellten inquisition entweder absolute, oder auf vorgehenden Reinigungs-End zu absoluiren/ ausführen möchte/ wodurch denn nicht allein der pia causa das commodum entzogen/ sondern auch/ wenn Inquisit nullo facto illico zur inquisition Anlaß gegeben/ die aufgewendeten Unkosten dem Richter Amts wegen aufgeburdet würden/ da hingegen ein und anderer Reus, wenn er zumahlen in facto illico begriffen gewesen/ ohngeachtet er sonst des gerügten Verbrechens halber unschuldig/ zu Vermeidung des Inquisition-Procesles und Rettung seiner Ehre lieber zu einer gewissen Geld-Busse sich zu bequemen pfleget/ wie denn auch dergleichen transaction, immassen sie bevorab von uns exerciret worden/ der analogia iuris nicht ungemäß/ in Betrachtung/ daß/ gleichwie/ vermöge Käyserlicher Rechte/ magistra-

tus competens den Ankläger aus erheblichen Ursachen die abolition gestatten kan / L. 2. C. de abolit. L. 30. C. ad L. Iul. de adulter. also nicht abzusehen / warum die Obrigkeit welche im Inquisition - Processe des Anklägers Stelle vertritt / nicht gleicher Gestalt mit dem Reo transfigiren könne.

Propter. Farinac. Prax. Crim. lib. 1. tit. 1. quæst.

s. o. n. 3.

Dazumahl hierdurch publica satisfactio keines weges hinterzogen oder gehemmet / sondern vielmehr befördert wird / immassen auch die bekandte Regul: daß in peinis arbitriariis alternativis non Reo, sed iudicii, die election zustehet / disfalls keinen Abbruch leidet/indem selbige Reum confessum vel convictum, adeoque absolute condemnatum præsupponiet/ da hingegen in gegenwärtigen Fäll solches suppositum cessirt / und die Strafe nicht schlechter dings / sondern allein zu Vermeidung des bevorstehenden Inquisition-Processes erkandt wird. Allermassen nun/ daß berührter unser bishheriger modus pronunciandi nicht ohne Grund / wir in denen festen Gedanken begriffen; also stellen Ew. Churf. Durchl. hochleuchteten Ermesssen lediglich anheim / ob Sie/ nach Beschaffenheit derer vorfallenden Inquisitions-Fälle/ es bey obigen modo, jedoch / wenn zusöderst allezeit Reus vor Gerichte summarisch vernommen worden/ gnädigst bewenden lassen / oder aber / damit der index inquisitionis sich über elnigen Abgang derer fructuum inquisitionis desto weniger zu beschweren Ursache haben möge / mehr berührten modum der gestalt / daß nichts minder dergleichen Geld-Straffe ermeld-

ermeldten Richter zugesprochen werden sollte / attem-
periren wollten / wie wir denn zugleich den Grund
dieses ganzen Werkes / woran dem gemeinen Wesen
tresslich gelegen / Ew. Churf. Durchl. gnädigster
Verordnung in Unterthanigkeit untergeben / da-
mit zuförderst des Herrn Carpzouii doctrin, welche
dissfalls zu weit zu gehen / und guten Theils zu de-
nen obhandenen differentien Gelegenheit gegeben zu
haben scheinet / nothdürftig erläutert / in welchen
Fällen eigentlich der Inquisition-Proces statt ha-
ben solle / eine genauere und gewissere Verfa-
sung eingerichtet / und künftig der Unterscheid im
pronunciendo unterbrochen werden möge. E re
esse duxi, hanc ICTorum Vitebergenium sen-
tentiam hic regustare, quæ optime monitum §.
ante, adductum illustrat, atque defendit, vt non
possim non eam quoque calculo meo approbare.
Plures adhuc aliæ obseruationes circa hoc iuramen-
tum coaceruari possent, quas tamen vel ideo hic
non tango, quod primario mea intentio huc
recta fuerit, vt vsum huius iuramenti in crima-
libus in foris protestantium magis impro-
barem, quam approbarem.

T A N T V M.

CON.

CONSULTISSIMO
DN. CANDIDATO
S. P. D.
PRAESES.

AB aliis iam vberime demonstratum est, vsum iuramentorum, quem saluator noster admodum restringendum esse voluit, ex iuris canonici principiis admodum extensum fuisse. Factum id in primis fuisse in actibus extra-iudicialibus, plerique obseruant; Tu vero, Candidate consultissime, nec in his subsistis, sed etiam in ipsis causis criminalibus, quæ ab omni iuramento abhorrent, eius vsum dilatarum atque admodum ampliarum esse euincis, probas atque ostendis. Suffragio meo non indiges, qui alibi iam iniquitatem huius vsum euolui, quo argumento tamen in hac disputatione abstinuisti, qui aliis telis, iisque non spernendis, hunc vsum in criminalibus petiisti. Ingenii tui vires atque eruditio limatae conatus simul prodidisti, atque præclare probatum dedisti, te optime cognitum habere, quid distent æra lupinis. Qua de causa, cum examinibus hisce, & priuatis & publicis, ordini nostro ostenderis, quam egregios progressus in peritia iuris & praxi feceris, non potuit non Te dignum iudicare, qui ad honores doctorales admittereris. Ego vero de his Tibi ex animo gratulor, & si in posterum Tibi officiis meis inferuire potuero, sane promptiorem hac in parte habebis neminem. Dab. Halæ d. 30. Jun. 1723.

CONSUL-

CONSULTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

CHRISTIANUS THOMASIUS.

QUAMVIS videatur esse superfluum, ut Tibi testimonium de profectibus tuis & meritis, dignitatem Doctoralem adipiscendi exhibeam, cum & in Patria Tua munus Advocati, quo per plures annos cum laude functus es, & apud Nos eruditæ responsones, quibus in examine utroque singulis Facultatis nostræ membris satisfecisti, & quibus etiam haud dubie usurpus es in disputatione inaugurali, communem quandam meritorum Tuorum notorietatem inducant, quæ uti nec probatio-ne, ita nec testimonio indiget; ac insuper testimonium publicum, quo in programmate instantis promotionis doctoralis utemur, videatur omne testimonium priuatum excludere; Cum tamen secundum Thesaurum thesaurorum Barbosa-Tabore-Strykiatum superflua non noceant, & superflua admittere securius sit, quam necessaria omittere, nec omit-tendum sit illud axioma, quod superfluum non censatur, quod ad declarationem ponitur; & cum præterea, quod notorietatem attinet, secundum eundem Thesaurum incomparabilem, magnum du-bium oriri possit apud JCtos minime vulgares, utrum notorietas illa meritorum Tuorum referen-

G

da

da sit ad notorietatem facti, an ad notorietatem iuri-
ris, an denique ad notorietatem præsumptionis, &
hæc ultima (ut etiam aliquid afferam ad disputationem
præsentem proprius spectans) aliquando opus
habeat iuramento purgatorio; denique cum testi-
monia promotionum publicarum apud plurimos
soleant exiguum fidem producere; quamdiu re-
gula Grammatica in Academiis sæpe regnare solet:
Dignus & indignus ablativum adsciscunt: Nolui
petitis Tuis deesse, adeoque & Mihi, quod sub
meo Decanatu examina consueta cum laude sustine-
re, & promotionem, jure debitam, expetere volueris, & Tibi, quod ad classem dignorum refe-
rendus sis, animitus gratulor, ac simul etiam in
posterum promissimam Tibi inserviendi promittu-
dinem offerens, Tibi, Tuæque dilectissimæ uxori
fausta ac felicia quæque sincere appreco.



J Am satis; augusta poples stetit iudus
arena,
J Am satis athletae trita palaestra fuit.
Accipe victrices quas fert Theimis aequa co-
ronas,
Docta que frondosis tempora cinge bonis.
Degenerem fugiunt, fortem comitantur
honores,
Pergito tentatis fortiter ire vadis.
Pergent concessae plures succedere lauri,
Pergent pergentem plura beare bona.
Crescere dum perges, mea crescere gaudia
pergent,
Desine crena leuis, Doctor amande,
Vale!

gratulabundus scriptus

D. IO. SCHMIDIUS,

P. P. Confistorii Electoral. & ducalis
Acessor Academiae decenniar
& Senior.

Der Purpur / welcher sich um Deine
Schläffe legt /
Der Mantel von Scarlat / den Dei-
ne Schulter trägt /
G 2 Geehr-

Geehrter Ludewig, sind der verdiente
Lohn/
Den Dir Astræns Hand/ als ihrem achten
Sohn/
An diesem Tage schenkt. Wenn sie vor Dei-
nen Fleiß/
Von dem Dein Schlesien nicht nur zu sagen
weiß/
Den Prag und Wien erhebt/ wo Du das
heilge Recht
So oft verfochten hast/ zu wenig und zu
schlecht/
So heißt Die künftige Zeit Dich etwas grös-
sers hoffen;
Der Tugend steht der Weg der Ehren immer
offen.

D. Gottfried Leonhard Baudis.

Justitiae lex est: habeat sua quisque, feratque
Assiduis studiis præmia parta suis.
Quam legem Themis alma tulit, Themis
ipsa tuetur,
Cultores vacuos nec sinit esse sui.
En exemplum illustre tibi LUDOVICUS in
ora hac
Purpura quem decoret, nunc revocatus adest.
Scilicet

Scilicet ille olim hic qui gnarus jussa Sophorum,
Qui Thermidos coluit mystaque sacra piae.
Qui quod erat sive ingenii, sive artis opumve,
Aris sacravit sedulus omne Deæ.
Quid Dea? non passa est, ut mysta ignobilis esset,
Et presso reperet pectore semper humi.
Jussit eum cathedram summam concendere,
jussit

Oreque perdocto jura docere suo.
Applaudit Pindus Salanus, plaudit & omnis
Musarum Philyræ Silesiæque chorus.
Ita bonis avibus: patriam illustrare domumque
Perge tuam DOCTOR mi Ludovice redux.

*His Dn. Patrueli suo, cum inter vota &c ac-
clamationes juris utriusque Doctor crea-
turæ, effusæ latatus applaudit*

CHRISTIANUS LUDOVICI,

SS. Theologiae Licent, Logicae Aristotelicae
Prof. publ. Ordinarius, LL. Orientalium &
Talmudices extraordinariorum, Collegii B.
Mariæ Virginis Collegiatus & ad D. Thomæ
Con-Rector.

Delicæ nostræ, spes optima, frater amande,
Sic Temet magno Numen honore
beat?

Numen honore beat, talem, qui dignus amore
Numinis, hoc est, qui Numen amavit amans.

Nil

Nil fausti deerit, mea si pia vota valebunt,
Ut Temet semper Numen amore heet.

*Huc charissimo & afflumatiſſimo Fratri bo-
noribus Doctoralibus jam decorando ani-
mitus applaudit.*

M. GOTTFRIEDUS LUDOVICI,
Pastor Modelsdorffensis.

Docte, quid ad doctas accedis jure co-
hortes?
Doctorum unanimis Te petit ipsa co-
hors,
Jura Tibi acclamant, non quære, sed accipe lau-
rum,
Vota mea acclamant: Accipe, faustus eris.

*Hec Consultissimo atque Praeclarissimo Do-
mino Candidato Patrueli suo honoratissimo
in obſervantie debitæ ſignum votis alio-
rum addidit*


M. GOTTFRIEDVS THOMAS
LUDOVICI,
Lipſ.



ULB Halle
004.070.127

3





DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA
DE
VSV IVRAMENTI
PVRGATORII
IN
CRIMINALIBVS
QVAM
INDVLTV
FACVLTATIS IVRIDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
ACADEMIAE PRORECTOR
DOMINO
IVSTO HENNINGIO BOEHMERO
ICTO
POTENTISS. REGIS BORVSSIAE CONSIL. INTIMO
PROFESS. IVR. ORDINARIO
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE CAPESSENDI HONORES
ET
PRIVILEGIA DOCTORALIA
D. I. IVL. MDCCXXIII.
H. L. Q. C.
PVBLICO EXAMINI SVBIICIT
GEORGIVS SAMVEL LVDOVICI
LANDESHVTTA - SILESIUS
ADVOCATVS ORDINARIUS REGII REGIMINIS LIGNICENSES.

HALL 1E - MAGDEBURG 2015

HALAE MAGDEBURGICAE

Typis IOANNIS GRVNERI, Academ. & Senat. Typogr.